

D. F. G.

7

# THESES PHILOSOPHICÆ,

*Qwas,*

Suffragante Ampliss. Facult. Philos. in Reg. Acad.

*Aboënsi,*

PRÆSIDE

# MAG. CAROLO MESTERTON

Log. & Metaph. PROFESSORE Reg. & Ordin.

Exami*n* bonorum publico modeſte offert

JACOBUS MONTHELIUS,

*Aboënsis.*

In Aud. Maj. d. II. Junii MDCCL. H. A. S.

---

ABOÆ,

Excud, JOH. KÆMPE, Reg. Acad. Typogr.

ДАЕ

# THESE PHILOSOPHICAE

ОУ

ПРИДЕ

## ОЯРДА ИОТАИСИМ

ЛЮБОВЬ ПРОДОЛЖАЕТСЯ

ДЛЯ СВОИХ ДОБРЫХ ДЕЯНИЙ

ЯКОВС МОНТЕРИ

ЛЮБОВЬ

И АНГЕЛЫ В ПРОДОЛЖЕНИИ

ЛЮБОВЬ

БРОДИ ЛЮБИМЧИКИЕ ВСЕГДА ТЫСЯЧА

1. N. 3.

Theb. I.

**E**x definitione temporis, quod sic  
ordo successorum in serie continua,  
rectissime infertur primo, tempus  
non esse substantiam, neque ullam exi-  
stere partem temporis, nisi quæ per exi-  
stentiam rerum successivam determina-  
tur. Secundo, Ideam temporis in abstracto  
spectati esse ideam entis imaginarii.

Theb. II.

**S**pacio nullum competit tempus in-  
ternum, ejusque duratio nisi ex  
coexistentia substantiarum mutabili-  
um intelligi nequit.

A2

Du-

**D**uratio sine tempore soli competitenti absolute infinito, omnes vero res finitæ in tempore durant.

**S**i mundus non esset in partes actuales distinctus, nulla in eo conspicua foret Numinis sapientia.

**A**ctio indistans & generatio æquivoca, communia veritatis habent criteria.

**N**exus rerum consistit in earum relatione ad se invicem, vi cuius altera continet rationem sufficientem alterius.

**N**exus in hoc mundo universalem qui negat, principia etiam rationis sufficientis & contradictionis respu-

respuit sine qvibus philosophus est tal-  
pa cæcior.

*Thef. VIII.*

**N**ulla datur materiae quantitas exi-  
guia quantumvis, in qua non in-  
volvatur creaturarum multitudo, ex  
qvarum coexistentia, varietate & ne-  
xu mutuo singularis oritur elegantia.

*Thef. IX.*

**E**legantia creaturarum mundum  
hunc corporeum constituentium  
intrinseca non est mere physica.

*Thef. X.*

**E**legantia intellectualis sive Meta-  
physica creaturarum consistit in  
modo, qvo existunt inter se & ope-  
rantur.

*Thef. XI.*

**E**legantia creaturarum mundum  
hunc corporeum constituentium  
intrinseca est intellectualis sive Meta-  
phys.

**6** physica, qvæcunque demum sit earum  
natura & essentia.

*Theſ. XII.*

**S**piritus dari, notius est, qvam dari  
corpora.

*Theſ. XIII.*

**A**tributa spiritus in genere, vel po-  
sitiya vel negativa sunt. Hæc  
dicuntur, non qvæ aliquid simpliciter  
de spiritu negant; sed qvæ negativa vo-  
ce efferuntur, sub qva conceptus ta-  
men formatur rei positivæ, ut incor-  
ruptibilitas, immortalitas. Illa dicun-  
tur, qvæ efferuntur voce affirmante  
non negante, & sub qva etiam con-  
ceptus fit rei positivæ, ut simplicitas,  
intellectualitas.

*Theſ. XIV.*

**N**ecessarium est, cuius oppositum est  
impossibile. Qui itaqve vult mun-  
dum necessarium esse, ostendet contra-  
dictio.

dictionem involvere, mundum non  
existere potuisse.

*Thef. XV.*

**M**undum habere fines demonstrat  
ratio invictis argumentis, modum vero, sive fines mundi designare  
temerarium est.

*Thef. XVI.*

**P**Hilosophiam Theologiae polemicae  
prudenter tractandæ, utilissimam  
esse perspicuum est.

*Thef. XVII.*

**O**Mnium rerum in se possibilis est  
cognitio philosophica.

*Thef. XVIII.*

**A**D thesaurum veritatum Theologi-  
carum quoque pertinent notiones  
Theologicæ per abstractionem & com-  
binationem formatæ. Logica istarum  
notionum rationem exponit: proptere-  
aque

aqve eo ipso hæc Philosophiæ pars Theologiæ utilis est.

Theſ. xix.

**E**orum, qvi syncretismum qvenam inter Scripturam Sacram, & qvæ in ea continentur Divina dogmata, & inter sectarum, vel veterum, vel recentiorum placita instituere conati sunt, haud sane exiguus est numerus.

Theſ. xx.

**H**ostes Philosophiæ etiam omnitem fuisse, qvi inimicum adversus eam foverent animum, historia philosophica testis est. Qui omitti quidem possent, cum philosophari

ipsi nollent.

## TANTUM.

